

http://www.fondazioneintorcetta.info/

B 752

45291

BIBLIOTECA TRIVULZIANA

http://www.fondazioneintorcetta.info/

B 152

# SAPIENTIA SINICA

Exponente P. Ignatio à Costa Lusitano
Soc. Ies.

à P. Prospero Intorcetta Siculo eiusd. Soc.

ORBI

PROPOSITA

耶穌會士

郭納爵

殷鐸澤




仝述

Kién cHām in urbe Sinarū
Prouinciæ Kiām Sī. 1662
superiorum Permissu.

http://www.fondazioneintorcetta.it/

耶穌會 何大化 潘國光 聶伯多 衛方濟 魯日滿 雷孝思 馬國賢 巴多明 費隱 白晉 劉應 雷孝思 馬國賢 巴多明 費隱 白晉 劉應 雷孝思 馬國賢 巴多明 費隱 白晉 劉應

Habes amice lector hîc literalē expositionē Textus Sinici sú xū nūcupati iuxta mentē Interpretū Sinensium ferè viginti, ac præcipuè 張 chām Colai, qui fuit Imperij Primus et Præceptor Imperatoris; uisam insuper, examinatā, et approbatam a P.P. Antonio de Gouuea Lusitano, Petro Canevari Genuensi, et Francisco Brancato Siculo, uiris in libris sinicis, ac linguâ uersatissimis; nec non studio ac labore P.P. Philippi Couleti et Francisci Rougemont Belgarū eiusdem Societatis Iesu.

Porro libri apud Sinas maximè celebrati, et in quibus examinantur ad gradū litterati universim ad 四書 sú xū, et 五經 ù kīm reducuntur. sú xū constat quatuor libris. Primus, isque brevissimus 大學 tá hiŏ dictus à 曾子 çēn çù secundo Confucij discipulo expositus disserit in quo sita sit perfectio hominis, et boni regiminis. Alter 中庸 chūm yûm dictus à 子思 çù sū Confucij nepote compositus de medio uirtutis servando agit, opus imperfectum, et fragmentis constans, adeoque obscurius (ut ipsi fatentur Sinæ) unde etsi in libris sit ordine secundus, in exponendo tamen est ordine ultimus. Tertius. 論語 lún yú dictus complectitur varias sententias, et apophtegmata. 4us liber ab ipso Authore 孟子 mém çù dicitur, continetque responsa varia, et discursus morales: quod uerò ù kīm dicitur libros quinque complectitur. 1. est 書經 xū kīm, quem et suo tempore in lucē dabimus si otium fuerit, estque ueluti summa chronologica priscorū Regū. 2. 詩經 xī kīm Odarū liber. 3. 易經 yĕ kīm qui agere creditur de auguriis, fastis, et nefastis ab ipso 伏羲 fŏ hī (à quo chronologiam Regū ordinarunt historici, fuitque aliquot sæculis ante Trismegistum, ac ipsū Moysen) editus. hunc 周公 cheū cūm, et 孔子 cūm çù, 文王 et Ven Vām, cōmentati sunt referentes ferè omnia ad elementorū, rerumque omniū origines, generationes, acuicissitudines; hunc ipsū librū, quia obscurissimus, Confucius iam senior optabat revolvere. 4. 禮記 lì kí seu regula rituum civilium. 5. 春秋 chūn çieū liber, qui agit de bonorū præmijs, et malorū supplicijs, ut ita revocet populos ad uirtutē à qua defecerant. Atque hæc breviter de libris sú xū, et ù kīm. ad huius verò operis praxim, et ordinem quod spectat nota sequētia:

1. sinica verba, seu litteras placuit ponere eo ordine, quo Europæi suas legere solent, qui oppositus est ordini sinico, ubi à superiori deorsū descendendo, et à dextera ad lævam legitur. sequitur dein textus latinus de verbo ad verbū eo ordine, et num.° quo sunt litteræ sinicæ, nisi quod verba latina lineolâ subducta in rigore sint ea, quæ simili ordine respondent sinicis characteribus; ea verò, quæ non sunt subducta ad clavitatem majorē ex Interpretibus adiungi oportuit, eòquod laconicus sit Sinensiū stylus, et hieroglifica sinica plus subintelligere, quàm exprimere videantur; hinc factū est, ut sæpius duo, aut etiā tria verba latina unicâ dumtaxat lineolâ subducta respondeant unico characteri sinico, et si è contra subinde unicū occurret verbū latinū duabus, uel tribus subductū lineolis, quod respondet totidē sinicis characteribus: excipiuntur tamē particulæ sinicæ, uelut encliticæ, ornatûs dumtaxat gratiâ apponi solitæ, aliæque similiter, quæ uim habēt interrogationis, admirationis, præpositionis etc. quibus nullū respōdet latinū uerbū; atque ut facilius ubique eas distinguere noris, ad singulas infra apposita est nota o.

2. si quæ intra parentheses clausa offenderis, ab Authore claritatis atque eruditionis gratiâ annotata esse memineris: si quæ verò minus latina, aut duriusculus construendi modus, si quæ itē sterilia, insipida, ac sæpius repetita videbuntur, scias uelim me sinceritati textus, ac rigori uerborū potiùs, quàm gustui criticorū studuisse.

3. si qua subinde varietas in accentibus, aut pronunciatione occurrat id Interpretū directioni attribue.

4. notæ appositæ in margine sunt: f. p. §. prima denotat foliū textus iuxta ordinē impressionis 南京 nân kīm editæ Authore 朱熹 chū hì, qui liber vulgò dicitur 四書集註 sú xū çiĕ chú. secunda indicat paginā. tertia signat periodū illā, quæ aliquali spatio distat ab alia periodo in ipsomet textu sinico.

Atque hæc sunt quæ obiter indicanda volui, omissis quæ de accentibus, et modo pronunciandi sinico alibi explicantur; neque enim est animus minutijs singulis hîc persequendis insistere. uale, mei, et Missionis nostræ Sinicæ apud Deum memor.

## Vita Confucij Principis Sapientiæ Sinicæ

孔夫子 Cūm fū çù, seu Confucius, parvo nomine dictus 丘 Kieū, cognomēto 仲尼 chúm nhî natalē habuit sedē in Regno 魯 lù (nunc Prou.° 山東 xān tūm) in pago 昌平 chām pîm civitatis 曲阜 Kiŏ feú, quæ subest urbi 兗州 chūm cheū, anno Imperij 靈王 lîm uam ex familiâ 周 cheū 21, mēse 2, die 13, sub horam noctis secūdā; ante ortū Christi Domini annis amplius quingentis. Parvē habuit 叔梁紇 xŏ leâm hĕ primæ notæ Mandarinū, Matrem 顏氏 yen xí. hâc orbatus fuit ætatis suæ anno 24, illo, triennis infans. puerilem sexēnis maioris præferebat ætatē ac mores; nunquā cū veteribus miscere ludos pueriles usus. oblata edulia non prius degustabat, quàm cælo obtulisset ritu veteri. 俎豆 çú teú nuncupato. quindecim annorū adolescens se totū dedit Priscorū libris evolvēdis, rejectis parùm utilibus optima dūtaxat sibi imitāda aliis proponēda seligebat; deinde verò unà cum 孟懿子 mém ý çù, et 南宮敬叔 nân cūm kím xŏ ad ritus civiles addiscēdos se cōtulit. in piâ subinde Priscorū musicâ et arte clavicymbali animū et operā posuit. ætatis anno 19. duxit in uxorē, quæ unica illi fuit, 开官氏 Kieū quōn xí, ex qua filiū habuit unicū 子伯魚 çù pĕ yû. uxorē anno ætatis 66., filiū 69. è vivis eripi non gravatè tulit, in omnibus casibus inscrutabili cœli decreto sese cōmittēs. munia publica variis in locis cū laude obiit iamindè à vigesimo ætatis anno Mandarinū agēs, (Mandarinus officij et dignitatis nomē est apud Sinas) eiusmodi tamē dignitates tùm demū admittebat cùm doctrinā suā sperabat admittēdā: si secùs fieret, honores hac spe admissos ulrò abdicabat. unū è multis huius

restimoniū accipe. cū anno ætatis suæ 55. Mandarinū ageret in Regno lù; trimestri spatio tanta illicò eo administrante rerū in melius mutatio euasit, ut uicinis Regnis inuidiā causarit ac merū; quo factū est, ut finitimi Regni 齊 çî Rex ac Proceres dolo usi ad Regē Regni lù dono miserint puellas, formâ, canendi gratiâ, aljsq; dotibus præstantes, Rex munus admisit, et cū regni Primatibus ita illis audiendis indulsit, ut ad trimestre negotij publici obeundi, et Regis adeundi uia præcluderetur: quare Confucius relictâ aulâ, patriâ, et munere publico, quod gerebat, contulit se ad Regna 齊 衛 楚 çî, guéi, et çù. dicta tria regna spontaneū pro uirtute exulē nō admisere, unde coactus est petere Regnum 陳 chîn, ubi ad extremā paupertatē uictusq; penuriā est redactus, imo in Regno 宋 sum ad mortē à nefario Primate 桓魋 huôn tuî non semel est cōquisitus; at Confucius periculis ac difficultatibus inuictū seruabat animū, mortēq; pro iustitia ferre nō formidabat, solitus dicere: si cœlū in me inseruit uirtutē qua illi innitar ecquis tandē mihi noceat? zelus indefessus propagādæ toto impetio sanæ doctrinæ ad extremū usq; uitæ spiritū in eo præcipuè æstuabat, qui patrijs uix se continēs finibus etiā ad peregrina regna et maria peregrādā desiderij iniecit. discipulos numerauit 3072. quos inter uirtute et litteris eminebāt septuaginta duo; doctrinæ suæ uti et discipulorū quatuor gradus, seu ordines cōstituebat. Supremus ordo in excolēdo uirtutibus animo studiū ponebat; in hoc ordine primas ferebat 閔子騫 mîn çù kiēn 冉伯牛 gèn pĕ nieû 仲弓 chûm cum, ac demum 顏淵 yen yuen charus præceteris magistro discipulus, quē immaturâ morte prærepti sæpius lugebat Confucius. proximus ordo in eloquentia et discurrēdi arte consistebat; in eo præcipui erant 宰我 çai ngò, et 子貢 çù cûm. 3.us de regimine politico, et muneribus uitè administrandis dūtaxat agebat; in eo palmā præripiebant 冉有 gèn yeû, et 季路 kí lú. 4.us ac postremus ordo in ornatâ moralium cōpositione situs erat, in quo 子游 çù yeû, et 子夏 çù hiá excellebant: atq; hi erant inter septuaginta duos selecti discipuli decē. Confucij doctrina in hoc dūtaxat collimabat, ut reduceret naturam corruptā ad primæuā innocētiā ac legē, in qua à cœlo conditā sæpius memorat. porrò media ad finē illū cōsequēdū erant, obsequi cœlo, ipsūq; timere et honorare, amare proximū sicut seipsū, uincere se ac uitiorū subiugare, nil cogitare, dicere, aut agere quod cum eâ minimè cōsentiret. neq; ab eo, quod docebat, moribus et uitâ dissidebat Cōfucius. illius modestiā religiosā, sui pernigilē custodiā, opū, honorū, periculorūq; perpetuā cōtemptionē, doctrinæ suæ ad quosuis proferēdæ insatiabilē cupidinē, cæteras q; uirtutes hîc attexere supersedeo, quia passim in his libris, præcipuè in lib. 論語 lún yú occurret discipulorū de Magistro suo luculēta testimonia. à carnis illecebris adeo semper abhorruit, ut de obscœnis ne cogitari quidē uellet. cum anno ætatis 57. in Regno guéi uersaretur Regina 南子 naân çù dicta illū uidere enixè cupijt, excusauit se ille: at cum nec sic effugere potuisset, ac dein cerneret discipulū çù lú minimè gaudere, eo quod malè audiret Regina, Confucius adhibito iuramēto inquit: si quid deliquerim, cœlū me execretur, exstinguatq;. præcipuè uerò in eo se prodidit singularis animi demissio, quam in Priscis Occidentis Sapientibus meritò desiderāt plerique, non suā sed Priscorū Sapientū, ac piorū Regū (ut yaô, xún, qui 1500. et amplius annis ante Confucium uixere) se dūtaxat referre asseverabat, parvulū se, humile sq; actiones suas dicentans. hanc unicā mœrovis sui causā aiebat, quod in discēdo non esset impiger, neq; in docendo constans, neq; in uirtutū profectu attentus, neq; in se emēdando sedulus. multò minùs patiebatur se dici cū sapientiâ natū, uti de eo passim Sinæ. ad perfecti uerò, aut sancti gradū cōtendere se minimè posse ingenuè fatebatur, solitus dicere (ut traditio Sinarū est) 西方有聖人 sī fam yeù xím gîn in occidēte Sanctū reperiri. quod an de Salomone, an de uetustâ Æthnicâ Sapientiâ uaticinatus sit, quis affirmabit? hoc certū est, año post Christū natū fere 50. 漢明帝 hán mîn tí Imperatorem motū prædictis uerbis simul ac somnio apparentis sibi Sancti ex Occidēte Heros, cū ipsemet ire prohiberetur, misisse Legatos 蔡靖 çaí çím, et 秦景 çîn kím in Occidētē, uerā legē ac Sanctitatē quæsituros: qui quidē ad Indiæ Insulā quamdā nō longè à mari rubro dissitā appulsi, nec longius progredi ausi, inde monstrū hominis 佛 foĕ dictū, (qui aliquot ante Cōfucium sæculis in India uixit) eiusq; legē pestiferā in hoc Imperium, et uicina Regna (proh dolor.) reduces inuexerūt. hinc factū est ut Sinēses facti idolophili à genuinâ Magistri sui doctrinâ et institutis degenerarint: nā ad Confucij Religionē quod attinet nō alio fortius argumēto conuincuntur et obmutescūt litterati quàm illis objiciēdo Confucij uitā ab omni idololatriæ specie fuisse immunē: ita rogatus Confucius à Præfecto Regni guéi, cui prior adhibēdus cultus, an aulæ Idolo 奧 ngáo dicto, an foci Spiritui, Respōdit: nō est eiusmodi res. qui deliquerit in cœlū, nō habet quò aliunde uenia precetur. alias ex morbo graui decūbens à discipulo çù lú inuitatus ut precaretur Spiritus, quæsiuit Cōfucius 有諸 yeù chū est ne mos eiusmodi. cūq; instaret çù lú esse, citaretq; in eū finē Odam Antiquorū, Respōdit: ego precatus sū eos iamdudū: idest, ut Interpretes ethnici explicāt: ego semper ita uiuere, et emēdare me studui, ut dudū illos rogasse cēseri possim. agnouit ille quidē Spiritus; sed uelut tutelares rerū sublunariū Præsides, uelut cœli Ministros: nā, ut nō semel in Coment. lún yú notat cham Colao, Cōfucius per omnē uitā censuit esse aliquē Supremū (cœlū nempe) Spirituū, hominūq; Dominū: unde tametsi Spiritibus cultū religiosū, seu ciuilē potius, per modū Sacrificij, uti et piorū Regū monumētis adhibuerit, si apud quosdā sufficere id uideatur ut Confucius æternis addictus supplicijs, hîc præsertim prorūcient, uiderint sanè illi, si qui sunt. migrauit è uitâ Cōfucius anō ætatis 73. imperij uerò 敬 王 kín uam 41. paulò ante morbū lugēs suorū tēporū perturbationes, huc uersū cōcinere auditus est: prægrādis mons (idest doctrina quā tradidi) quò decidisti. trabalis machina euersa est, Sapientes et Sancti exaruere. inde in morbū incidēs septē ante mortē diebus ad discipulos cōuersus ait: nocte præteritâ somnium mihi in tēplo pauētavi. Reges nō seruāt quæ doceo, toto imperio ecquis uenerabitur Institutū meū? reliquū est, ut ego moriar. quibus dictis indormijt ad septē dies, ac tandē uiuere desijt. sepultus est in Regno lù (quò se demū cum suis discipulis cōtulerat) propè Ciuitatē kiŏ feú iuxta ripā fluminis 泗 sú in ipsâ mei suâ, in qua docebat, Academia, quæ muris, uelut ciuitas, cincta cernitur. luxere inibi Magistri mortē discipuli omnes ad annum integrum, alij ad triennium, siccum etiā ad sexennium. statuâ Confucius fuit procerâ admo-

http://www.fondazioneterzetà.info/

dum et iustā excedēte mesurā, sed cui lati humeri, pectusq; amplū maiestatē adderet. in uertice capitis mōstrosū quid præferebat, colliculū inquā cū ualle; hinc 丘 kieū (idest colliculus) à Patre uocatus, quo etiā se nomine submissionis ergò compellabat. facies illi lata, et fusca, oculi nigri ac prægrādes, capillus niger, barba promissa, nasus simus, uox grauis et tonitrui instar, ut aiūt Sinæ. quantū uerò honoris per bis mille et amplius anōs detulerit Magistro suo, eiusque scriptis, ac uirtuti grata Sinarū Posteritas, pro me loquātur quotquot toto Imperio ad dignitates, et munia publica euecti sunt Litterati, qui à Confucij doctrinâ dumtaxat, ac libris, in quibus ad gradū examinātur, nomē sibi honoresq; cōciliāt publicos: loquātur itē in singulis Oppidis ac Vrbibus erectæ illi dicataeq; Aulæ, in quibus etsi imaginē illius passim optes, titulos tamē, Sæculorum Magistro, Imāculato Regi, Sancto (uoce sinicâ utor nō sēsu Romano) trabalibus ex auro litteris inscriptos legas licet. neq; erga Confuciū dūtaxat sese prodit grata memoria, sed erga eius quoq; posteritatē quàm longè extēditur. habuit Confucius ex filio unico nepotē dictū 子思 çù sū, qui edidit Confucij doctrinā 中庸 chūm yûm dictā, habuitq; discipulū celebrē illū 孟子 mém çù, seu Mencium nuncupatū. ab hoc Confucij nepote familiæ series ad 60. circiter generationes usq; hodie propagata est. huic familiæ hæreditario titulo adscripta est dignitas Mandarini, et quidē cū eâ prærogatiuâ, ut (quod nulli cōcessū est) sola non pēdat Imperatori uectigal: quinimo quotquot singulis triēnijs ad Doctoris gradū euehuntur, illi quoddā grati animi monumētū offerre ex tot Sæculorū præscriptione teneri se sentiūt: prædictos honores semel dūtaxat interruptos Sinarū historia memorat; regnante uidelicet ex familiâ 秦 çîn secundo Imperatore dicto 秦始皇 çîn xì hoâm, qui 300 ferè à morte Confucij uixit annis. hic Imperator, Litteratorū hostis capitalis, quotquot Confucij, aliorūq; de moralibus uirtutibus agētes libros undiq; cōquisitos reperit, igne extinxit: quinet Litteratos uiuos sepeliri iussit; ac tandē ad sepulchrū Confucij illud uiolaturus accessit: sed ecce dū eius iussu sepulchri pars media esset eruta, lapidē offēdit, cui insculpta sequētia uerba. est uir dictus çîn xì hoâm, molitur demoliri fere trūmeū, disrumpere uestē quâ inuoluor: dum peruenerit ad 沙丘 xă kieū (locum sic dictū) certò finiet. Imperator lapidē eiusq; uerba occulta uoluit. sed ecce, dum redux in prædicto loco uitā et 37 annorū imperiū finiuit, uerborū ueritas detecta est. eo mortuo resurgere coepit Confucij fama suis semper aucta incremētis, et usq; hodie, cum Tartarus uniuerso pacificè potitur Imperio, integra perseuerat. Atque hæc sunt quæ breuiter de Sapientiæ Sinicæ Principe. si plura desideres Amice Lector, quæ passim in libris circumferuntur (iam præsertim cùm in adeo amplâ Animarū messe tot desiderentur Operarij) uulgatâ illâ sinicæ urbanitatis formulâ 請 çìm inuito, ut uenias, et uideas.

Missionarijs ad Sinas pergentibus et Authori

S. P.

Eloquētiæ Sinicæ nucleū, et succū gratis excipite, qui in alijs sciētijs, licet Magistri laureati, in huius linguæ studio tyrones agitis. Authoris industriæ, et labori quantū debeatis, demōstrabūt prouētus colligēdi. Iam enim scire uos arbitror, uniuersā istius gētis sciētiā, quā omnimodā esse putāt, et quâ nō mediocriter inflātur, in his libris, quos uocāt, súxū, cōtineri. qualiscūq; illa sit, hoc certo certius existimate, nullā uos sine illa apud hosce homines (quin fortè etiā nec apud Iapones) authoritatē habituros: habēt nāq; et Sinæ suāi Aristotelē, et nullibi tenacius iuratur in uerba Magistri: Hinc fit, ut et Missionarij Nostræ Soc: hîc Maiorū lege teneātur hos libros percurrere. Gratū opus, auida manu mihi iā uideor apprehēdi, quis dubitet. unū timeo, ne in poste-

rū

http://www.fondazioneinforcetta.info/

rū parui fiat, quod hactenus erat in tāto precio. nōne sustulit rei ualorē, qui abstulit difficultatē. ac nō tales rerū æstimatores fore uos arbitror. nexū inextricabilē abscidit Alexādri gladius, sed nō admirationē. adhuc uersatur in paræmia nodus Gordianus. in ipso operis limine habetis facinoris Authorē, qui licet sit nouus Author nō ideo cōtemnēdus, adest pro Patrono Magistri Authoritas, quæ sola sufficit ad declinādos, si forte qui erūt, inuidiæ morsus. Magister est P. Ignatius à Costa, cuius se discipulū profitetur Author, me libēs subscribo discipulū. Perge lector, prospera omnia spōdet ipsū nomē Authoris. Perge et tu mi Author, opus est tuo captu dignū, et ideo dignū cedro. cœpisti dextro Hercule, imo Herculē uicisti adhuc in ipsis cunis, attingens Non plus ultra. cœpisti plusquā benè, intende prosperè, procede. Fŏ Cheu fù 25. 8bris. 1660.

Andreas Ferram Soc: Ies:



# Lib. Tá Hiŏ

大 tá 學 hiŏ 之 chī 道 táo 在 çaí 明 mîm 明 mîm 德 tĕ

f. 1. p. 1. §. 1. Magnorum uirorum sciendi institutum consistit in illuminando uirtutibus spiritualem potentiam à coelo indutam, nempe Animam, ut hæc redire possit ad originalē claritatem, quam apperitus animales obnubilauerant.

在 çaí 親 sīn 民 mîn consistit in renouando populū adhortatione, et exemplo. 在 çaí 止 chì 於 yū 至 chí 善 xen consistit in sistendo firmiter in summo bono, in omnibus dictamen rationis sequendo. (si uis christianum sensū dic: adultorum scientia consistit in perfectione sui, in amore erga alios, et in cōtēplatione Sūmi Boni; nec longè à literali discedes. atq; ad hæc trīa supradicta reducūtur reliqua huius libri.)

p. 2. §. 1. 知 chī 止 chì 而 lĕ 后 heú 有 yeù 定 tîm scientes in quo sistēdum, tunc habent finem. 定 tîm 而 lĕ 后 heú 能 neîn 靜 çîm determinato fine, tum poterunt quiescere, non amplius soliciti de fine; sciunt enim in omnibus iuxta rationem agendum. 靜 çîm 而 lĕ 后 heú 能 neîn 安 ngān animo quiero, tum poterunt eum firmare. 安 ngān 而 lĕ 后 heú 能 neîn 慮 liū eo firmato, tum poterunt discernere bonum à malo. 慮 liú 而 lĕ 后 heú 能 neîn 得 tĕ. hoc distincto tum demq; poterunt assequi practicè finē, agendo iuxta rationem

§. 2. 物 uŏ 有 yeù 本 puèn 末 mŏ res habent magis principale, ut est in arbore truncus; et minus, ut rami. quòd quis se renouet exercitio uirtutum, est puèn, quòd renouet populum, est mŏ 事 sú 有 yeù 終 chūm 始 xì negotia habent finē, et principiū. practicè obtinere apicem boni, est finis; scire in quo sit firmiter sistendum, est principium. 知 chī 所 sŏ 先 sien 後 heú, 則 çĕ 近 kín 道 táo 矣 ŷ scire ea quæ praponenda, et postponenda sunt, sanè hoc est appropinquare scientiæ magnorum uirorum.

§. 3. 古 cù 之 chī 欲 yŏ 明 mîm 明 mîm 德 tĕ 於 yū 天 tiēn 下 hiá 者 chè; 先 sien 治 chí 其 kî 國 quŏ prisci uolentes dilucidare spiritualē potentiam in imperio, priùs rectè gubernabant sua regna.

欲 yŏ 治 chí 其 kî 國 quŏ 者 chè; 先 sien 齊 çî 其 kî 家 kia uolentes rectè gubernare sua regna; priùs rectè instituebant suas familias 欲 yŏ 齊 çî 其 kî 家 kia 者 chè; 先 sien 脩 siū 其 kî 身 xīn uolentes rectè instituere suas familias; priùs uirtutibus ornabant suas personas. 欲 yŏ 脩 siū 其 kî 身 xīn 者 chè; 先 sien 正 chím 其 kî 心 sīn uolentes ornare suas personas; priùs rectè cōponebant suum cor 欲 yŏ 正 chím 其 kî 心 sīn 者 chè 先 sien 誠

chim̂ 其 Kî 意 ý uolentes rectè componere suũ cor; prius solidabãt omnifictione exclusâ suam intentionem 欲 yŏ 誠 chim̂ 其 Kî 意 ý 者 chè, 先 sien 致 chí 其 Kî 知 chī 在 çai 格 Kĕ 物 uĕ extendere autem notitiam, consistit in comprehendendo negotia; prouidendo quid cuiq; rei tractandæ conueniens sit: seu potius in penetrãdo perfectissimum ueriũ cũ humana ratione concertũ

f.2.p.1.§.1. 物 uĕ 格 Kĕ 而 lh̃ 后 heú 知 chī 至 chí. negotijs enim penetratis, tum notitiæ apex obtinetur. 知 chī 至 chí 而 lh̃ 后 heú 意 ý 誠 chim̂. notitiæ apice obtento, tunc intentio firmatur. 意 ý 誠 chim̂ 而 lh̃ 后 héu 心 sin̄ 正 chím intentione firmatâ tum cor rectè dirigitur. 心 sin̄ 正 chím 而 lh̃ 后 heú 身 xin̄ 脩 sieu. corde directo, tunc persona excolitur. 身 xin̄ 脩 sieu 而 lh̃ 后 heú 家 Kia 齊 çî personâ excultâ tum familia recte instituitur. 家 Kia 齊 çî 而 lh̃ 后 heu 國 que̋ 治 chí. familiâ rectè instituta, deinde regnũ benè gubernatur. 國 que̋ 治 chí 而 lh̃ 后 héu 天 tien 下 hia 平 pim̂ regno benè gubernato, tum denique imperium est pacificũ.

p.2.§.1. 自 çú 天 tien 子 çú 以 ỳ 至 chí 於 yu̇ 庶 xú 人 gin̂ 壹 yĕ 是 xí. 皆 Kiaĩ 以 ỳ 脩 sieu 身 xin̄ 爲 guêi 本 puèn à coeli filio (sic dicitur imperator, quia etiam secundum Sinas imperia a coelo sunt) usque ad plebem, uniuersim omnes in excolendâ uirturibus personâ constituant principale.

§.2. 其 Kî 本 puèn 亂 luon 而 lh̃ 末 mŏ 治 chí 者 chè 否 feu 矣 ỳ. suo principali perturbato, ut deinde minus principale recte gubernetur, fieri nequit. 其 Kî 所 sò 厚 héu 者 chè 薄 pŏ 而 lh̃ 其 Kî 所 sò 薄 pŏ 者 chè 厚 heú 未 uí 之 chi 有 yeu 也 yè. id quod multum æstimandũ, ut propria persona, et familia, parum; et id quod parum æstimandum, ut sunt plebs, etc. multum æstimare, non est res hac iuxta rationem.

f.3.p.1.§.1. 康 cām 誥 cáo 曰 yuĕ 克 Kĕ 明 mim̄ 德 tĕ liber cām cáo dictus, ait: potuit ille (uen̂ uam̂) dilucidare uirturibus rationem siue animam. (loquitur çemçù secundus discipulus Confucij, huius libri commentator, citans hunc librum compositum à uu uam̂ filio regis uen̂ uam̂ quo hortatur fratrẽ ad imitationẽ uirtutũ paternarũ.)

§.2. 大 tái 甲 Kiă 曰 yuĕ. 顧 cú 諟 xí 天 tien 之 chī 明 mim̄ 命 mim̄. liber sic dictus (editus ab ỳin imperante familiâ xām, quo hortatur regem tái Kiă, ut imiretur uirtutes regis tām) ait: hic Rex diligebat mẽtiacũ in hoc coeli illustre mandatũ, siue in Animam à coelo datam

§3



§.3. 帝 tí 典 tièn 曰 yuĕ 克 Kĕ 明 mim̄ 峻 çiún 德 tĕ. liber Regis yaô sic dictus (insertus libro xũ kim̄) ait: potuit ille rex yaô illustrare sublimem uirturem, siue Animam.

§.4. 皆 Kiaĩ 自 çú 明 mim̄ 也 yè omnes supradicti tres Reges (ait çemçù) se ipsis illustrarunt uirturem originalem, siue Animam.

p.2.§.1. 湯 tām 之 chī 盤 puôn 銘 mim̄ 曰 yuĕ: 苟 Keù 日 gĕ 新 sin̄, 日 gĕ 日 gĕ 新 sin̄, 又 yeu 日 gĕ 新 sin̄. Regis tām pelui, in qua lauabar corpus, insculptæ litteræ aiebant: perfectè integro die renoua, omni die te renoua, et iterum indies te renoua, uirturum exercitio.

§.2. 康 cām 誥 cáo 曰 yuĕ. 作 çó 新 sin̄ 民 min̂. cām cáo liber ait: satage renouare populum.

§.3. 詩 xi 曰 yuĕ: 周 cheu 雖 suī 舊 Kieu 邦 pām 其 Kî 命 mim̄ 維 guêi 新 sin̄. liber carminum ait: familia cheu quamuis antiquũ fuerit Regulorũ regnum, tamen ipsi datum postea à coelo imperiũ, solùm renouationi sui, ac populi debebatur. (agit de familia cheu quando erat tantùm familia Regulorum, in quo statu duravit mille circiter annos, numerando à Regulo héu siĕ usq; ad uên uam̂)

§.4. 是 xi 故 cú 君 Kiun 子 çú 無 uú 所 sò 不 pú 用 yún 其 Kî 極 Kie. arg: hæc est ratio (ait çemçù) quare uir perfectus nihil non agat ad promiæ perfectionis culmen assequendũ.

f.4.p.1.§.1. 詩 xī 云 yun̂ 邦 pām 畿 Kî 千 çien 里 li 惟 guêi 民 min̂ 所 so 止 chì. carmen ait: curia regia districtûs mille stadiorũ sola est ubi populus sistat, seu quò recurrat. ita locus ubi homo debet quiescere, est boni apex.

§.2. 詩 xī 云 yun̂ 緡 mien 蠻 mân 黃 hoam̂ 鳥 niaò 止 chì 于 yû 丘 Kieu 隅 yû. carmen ait: miên mân crocea auis, à cantu suo miên mân sic dicta, sistit in monte arboribus consito. 子 çù 曰 yuĕ 於 yū 止 chì 知 chī 其 Kî 所 sò 止 chì 可 cò 以 ỳ 人 gin̂ 而 lh̃ 不 pú 如 jû 鳥 niao 乎 hû. Confucius explicans ait: in sistendo nouit auis suũ locum quiescendi; et fieri ne potest, ut homo cùm sit, tamen non sit melior aue, et nesciat ubi sistere debeat?

§.3. 詩 xī 云 yun̂ 穆 mŏ 穆 mŏ 文 uen̂ 王 uam̂ 於 yū 緝 çiĕ 熙 hī 敬 Kim̂ 止 chì. carmen ait: ô quàm altæ uirtutis erat uen̂ uam̂; ô quam bene, coniungendo animi claritatem cum obseruantia erga omnes, sciebat ubi sistendum erat. 爲 guêi 人 gin̂ 君 Kiun 止 chì 於 yū 仁 gin̂ agens Regem (loquitur çemçù) sistebat in pietate 爲 guêi 人 gin̂ 臣 chin̂ 止 chì 於 yū 敬 Kim̂. agens subditum sistebat in obseruantia. 爲 guêi 人 gin̂ 子 çù 止 chì 於 yū 孝 hiáo agens filium sistebat in obedientia 爲 guêi 人 gin̂ 父 fú 止 chì 於 yū 慈 çù agens patrem sistebat in

affectu, ac beneuolentia 與 yù 國 quŏ 人 giñ 交 kiāo 止 chì 於 yū 信 sín. cum reliquis de Regno hominibus agens, sic ebat infide, ac ue-
racitate.

p.2.§.1. 詩 xī 云 yuñ. 瞻 chēn 彼 pì 淇 kî 澳 yŏ; 菉 lŏ 竹 chŏ, 猗 ȳ 猗 ȳ. carmen ait: aspicite illius aquæ, kî dictæ, sinū; uiridan-
tia arundineta, ô quàm bellè luxuriant. 有 yeù 斐 fì 君 kiuñ 子 çù 如 jû 切 çiĕ 如 jû 磋 çō 如 jû 琢 chŏ 如 jû 磨 mô. sic est orna-
tus uirtutibus Rex (loquitur de uu cum Rege Regni guéi, cui populus hæc carmina accinebat) ceu cædens, ceu limans ossa, ceu molens, ceu po-
liens lapillos. 瑟 sĕ 兮 hī 僴 hàn 兮 hī; 赫 hĕ 兮 hī 喧 hiuēn 兮 hī: quàm grauis, ac recondirus. quàm foris, ac magnanimus! quàm uerendus!
quàm famosus! 有 yeù 斐 fì 君 kiuñ 子 çù 終 chum 不 pú 可 kŏ 諠 hiuēn 兮 hī. est ornatissimus sanè Rex, nunquam dandus
obliuioni. 如 jû 切 çiĕ 如 jû 磋 çō 者 chè: per hæc uerba (ex-
ponit çemçù repetendo supradicta) 道 tào 學 hiŏ 也 yè. significat doctrinam Regis uu cum, quam suos docebat. 如 jû 琢 chŏ 如 jû 磨
mô 者 chè: his uerbis: 自 çú 脩 sieū 也 yè suiipsius, actionumue suarum compositionē significat. sĕ 兮 hī 僴 hàn 兮 hī 者 chè.
per hæc uerba: 恂 siún 慄 liĕ 也 yè Regis circumspectionē in uia uirtutis, et cautelam significat. 赫 hĕ 兮 hī 喧 hiuēn 兮 hī 者
chè: his uerbis: 威 guēi 儀 ȳ 也 yè. significat auctoritatem, et exemplū Regis, quibus populū ad uenerationē, ac imitationē sui excitaue-
rat. 有 yeù 斐 fì 君 kiuñ 子 çù, 終 chum 不 pú 可 kŏ 諠 hiuēn 兮 hī 者 chè: per hæc denique uerba 道 tào 盛 xím 德 tĕ 至
chí 善 xĕn, 民 miñ 之 chī 不 pú 能 nēm 忘 uam 也 yè.
significat excelsas uirtutes, ac supremam perfectionē tanti Regis à populis nunquam posse obliuioni dari.

f.5.p.1.§.1. 詩 xī 云 yuñ 於 ū 戲 hū! 前 çiên 王 uâm 不 pú 忘 uâm. carmen ait: ô ô priores Reges (ut uên uâm, et uù uâm) non sunt in obliuione. 君 kiuñ 子 çù 賢 hiên 其 kî 賢 hiên, 而 lĕ 親 çīn 其 kî 親 çīn. quia (ait çemçù) Reges posteri ipsorum successores probi erant illorum probitate, et amabant populū illo-
rum amore. 小 siaò 人 giñ 樂 lŏ 其 kî 樂 lŏ, 而 lĕ 利 lì 其 kî 利 lì. populi item posteri lætabantur, fruebanturq; illorū Regū lætitiâ (quam Reges illi reliquerant sanctis legibus, et exemplis) et lucrabantur ipsorum lucro (quia Reges illi instituerant leges proficuas populo, diuidentes terras, quas colerent, etc.) 此 çù 以 ȳ 沒 mŏ 世 xì 不 pú 忘 uâm 也 yè.
ideo etiam finitis omnibus sæculis, nulla erit illorū obliuio.

p.2.§.1. 子 çù 曰 yuĕ 聽 tím 訟 çum, 吾 ngû 猶 yeû 人 giñ 也 yè. Con-



Confucius ait: audire, uel decidere lites, ego posū perinde ac quilibet alius homo.
必 piĕ 也 yè 使 sù 無 uû 訟 çum 乎 hû. quod fore necessari-
um, est, efficere ut non sint lites. 無 uû 情 çîn 者 chè 不 pú 得 tĕ
盡 çin 其 kî 辭 çû. homines iniqui (ait çemçù) non possunt finem fa-
cere suis contentionibus. 大 tá 畏 guei 民 miñ 志 chí, 此 çù 謂 guéi
知 chī 本 puèn. quare ualdè subijcere sibi populi corda, ac uoluntates, tùm
metu pœnæ, tùm pijs monitis, ad mutuum amorem impellendo, hoc est, quod supra
dicebatur, scire magis principale.

§.2. 此 çù 謂 guéi 知 chī 本 puèn hoc autem quod dicitur scire
magis principale.

§.3. 此 çù 謂 guéi 知 chī 之 chī 至 chí 也 yè. hoc ipsū uocatur
scientiæ apex.

f.6.p.2.§.1. 所 sò 謂 guéi 誠 chîm 其 kî 意 ý 者 chè 毋 uû 自 çú 欺 kî 也 yè. id quod dicitur (loquitur çemçù) solidare propriam inten-
tionem. est, non debere hominem à seipso decipi. 如 jû 惡 ú 惡 ngŏ 臭
chéu 如 jû 好 háo 好 hào 色 sĕ; sed sicuti auersatur fœtida; et si-
cut gaudet pulchris uisu; ita auersatur uitia, et gaudet uirtute. 此 çù 之
chī 謂 guéi 自 çú 謙 kiĕ huiusmodi dicitur sibiipsi sufficiens, seu seipso
contentus. 故 cú 君 kiuñ 子 çù 必 piĕ 愼 xîn 其 kî 獨 tŏ 也
yè ideo uir perfectus tam serio intendit suo interiori, seu cordi

f.7.p.1.§.1. 小 siaò 人 giñ 閒 hiên 居 kiū 爲 guei 不 pú 善 xén 無
uû 所 sò 不 pú 至 chí. improbi cum soli degunt faciunt improba, nec est malū ad
quod non perringant. 見 kién 君 kiuñ 子 çù, 而 lĕ 后 heú 厭 yên 然
gên, 揜 yèn 其 kî 不 pú 善 xén, 而 lĕ 著 chú 其 kî 善 xén uidentes
uiru probu tum ficte se componunt, uelantq; suam improbitatem, et simulant se probos
人 giñ 之 chī 視 xí 己 kî, 如 jû 見 kién 其 kî 肺 fì 肝 cān 然
gên homines uerò uident ipsos, prorsus ac si uiderent oculis ipsorū uiscera, seu in-
tima, eodem planè modo. 則 çĕ 何 hô 益 yĕ 矣 ŷ. quare quid prodest ipsis sua
simulatio? 此 çù 謂 guei 誠 chîm 於 yū 中 chum, 形 hîm 於 yū 外
uaí hoc est quod dicitur. quod quis reuera est in interiori, hoc apparet in exteriori.
故 cú 君 kiuñ 子 çù 必 piĕ 愼 xîn 其 kî 獨 tŏ 也 yè
ideo uir perfectus tam serio intendit suo interiori, ut scilicet cor sit
rectum.

§.2. 曾 çem 子 çù 曰 yuĕ. 十 xĕ 目 mŏ 所 sò 視 xí 十
xĕ 手 xeù 所 sò 指 chî 其 kî 嚴 yên 乎 hû. çemçù ait: decem
seu multi, oculi quod uident, et decem manus quod digito monstrant, ab eo quàm
cauendum!

p.2. 富 fú 潤 jún 屋 uŏ, 德 tĕ 潤 jún 身 xīn. diuitiæ ornant
domum, uirtutes ornant personam. 心 sîn 廣 quàm 體 tì 胖 pàn.

corde amplo, ac tranquillo, etiam corpus pacatū dilatatur. 故 cú 君
Kiūn 子 çù 必 pié 誠 chím 其 kî 意 ý ideo uir perfectus om-
ni studio perficit suam intentionem.

f.8.p.1.§.1. 所 sò 謂 guéi 脩 sieū 身 xīn 在 çaí 正 chím 其 kî
心 sīn 者 chè. quod supra dicebatur, componendæ propriæ personæ ra-
tionem consistere in recta compositione proprij cordis, (exponit çem çù, ut sequitur:)
身 xīn (ou sīn) 有 yeù 所 sò 忿 fuén 懥 chí 則 çé 不 pú 得 tĕ
其 kî 正 chím si cor habeat aliquid ob quod irascatur inordinate, profectò
non dùm obtinuit suam rectitudinem. 有 yeù 所 sò 恐 cùm 懼
Kiú 則 çé 不 pú 得 tĕ 其 kî 正 chím. si habeat quod timeat
immodicè, profectò non dùm obtinuit suam rectitudinem. 有 yeù 所 sò
好 háo 樂 lŏ 則 çé 不 pú 得 tĕ 其 kî 正 chím. si habeat quo
gaudeat immoderatè profectò non dùm obtinuit suam rectitudinem. 有 yeù 所
sò 憂 yeū 患 hoán 則 çé 不 pú 得 tĕ 其 kî 正 chím
si habeat ob quod nimium tristetur. profectò non dùm obtinuit suam
rectitudinem.

§.2. 心 sīn 不 pú 在 çaí 焉 yēn. sicor non constet sibi passione
perturbatum; 視 xì 而 lĥ 不 pú 見 kién, 聽 tím 而 lĥ 不
pú 聞 uén, 食 xĕ 而 lĥ 不 pú 知 chī 其 kî 味 uì.
uidens tamen non videt; audiens, tamen non intelligit; comedens, tamen ne
percipit eius, quod comedit, saporem; passionum uidelicet uehementiâ ipsos se-
sus corporis perturbante.

§.3. 此 çù 謂 guéi 脩 sieu 身 xīn 在 çaí 正 chím 其 kî 心 sīn
hoc est quod dicebatur, componere propriam personam, consistere in rectè componēdo
proprio corde.

p.2.§.1. 所 sò 謂 guéi 齊 çî 其 kî 家 kiā 在 çaí 脩
sieu 其 kî 身 xīn 者 chè quod supra dicebatur rectè instituendæ propriæ
familiæ rationem consistere in componendo propriam personam, sic probatur:
人 giñ 之 chī 其 kî 所 sò 親 çīn 愛 ngaí 而 lĥ 辟 pié
焉 yēn. homines passim erga eos, quos amant extra inordinatè feruntur, dum amore
cæci non reprehendunt illorum uitia. 之 chī 其 kî 所 sò 賤 çién 惡
ù, 而 lĥ 辟 pié 焉 yēn. erga eos, quos uilipendunt, et oderunt, etiam
inordinatè se habent, nec eos ad uirtutem adhortantur. 之 chī 其 kî 所 sò
畏 guéi 敬 kím, 而 lĥ 辟 pié 焉 yēn. erga eos, quos timent, ac ue-
nerantur, itidem inordinatè se habent, non audentes monere eos de quibus monendi es-
sent. 之 chī 其 kî 所 sò 哀 ngaí 矜 kīm, 而 lĥ 辟 pié 焉 yēn. erga
eos, quibus compatiuntur item immoderatè feruntur, illorū miseriosnimium exaggerādo.
之 chī 其 kî 所 sò 敖 ngaó 惰 tó, 而 lĥ 辟 pié 焉 yēn erga
eos, quos humiliter tractare conuenit, etiam torti sunt, et a recto deflectunt, dum inde-



indabito modo, ac rigore castigant 故 cú 好 haó 而 lĥ 知 chī 其 kî 惡
ngŏ; 惡 ù, 而 lĥ 知 chī 其 kî 美 muì 者 chè, 天 tiēn 下 hiá 鮮
sién 矣 ý. ideo qui amant alios, simulq; nouerint eorundem uitia, uel auersentur,
simulq; nouerint eorundem bona, in orbe rari sunt. 故 cú 諺 yén 有 yeù
之 chī 曰 yuĕ: 人 giñ 莫 mŏ 知 chī 其 kî 子 çù 之 chī 惡 ngŏ,
莫 mŏ 知 chī 其 kî 苗 miaô 之 chī 碩 xŏ ideo prouerbiū datur,
quod ait: homines amore cæci non agnoscunt suorū filiorū uitia, et fascinante eos
suauitiâ non norunt sui agri fertilitatem.

f.9.p.1.§.1. 此 çù 謂 guéi 身 xīn 不 pú 脩 sieū, 不 pú 可 cò 以
ý 齊 çî 其 kî 家 kiā. ac hoc est quod dicebatur, si propria persona sit
inordinata, non potest consequenter rectè ordinare suam familiam.

§.2. 所 sò 謂 guéi 治 chí 國 quŏ 必 pié 先 sién 齊 çî 其 kî
家 kiā 者 chè. quod supra dictum fuit, ad benè gubernandum regnū, necessa-
riò prius benè instituendam esse propriam domum, seu familiam; sic intellige; 其
kî 家 kiā 不 pú 可 cò 教 kiáo, 而 lĥ 能 neû 教 kiáo 人 giñ
者 chè, 無 uû 之 chī. ut quis propriam familiam non possit docere, et tamen
possit docere alios; fieri nequit. 故 cú 君 kiūn 子 çù 不 pú 出 chŏ 家
kiā, 而 lĥ 成 chím 教 kiáo 於 yū 國 quŏ. ideo uir perfectus etiam
non exiens domo, exemplo tamen, ac fama domus suæ benè instituæ, adhuc perficit, ac
docet regnum 孝 hiáo 者 chè, 所 sò 以 ý 事 sù 君 kiūn 也 yè.
hinc obedientes in domo priuatâ, ideò obediunt et Regi 弟 tí 者 chè, 所
sò 以 ý 事 sù 長 chàm 也 yè. et natu minores, ideo quoq; seruiunt
maioribus. 慈 çû 者 chè, 所 sò 以 ý 使 sù 衆 chum 也 yè.
pius ac benevolus domi suæ, ideo deinde facilè imperat omnibus, uniuersū populum
habens promptum ad omnia.

§.3. 康 cām 誥 cáo 曰 yuĕ: 如 jû 保 paò 赤 chĕ 子 çù, 心
sīn 誠 chím 求 kieû 之 chī, 雖 sui 不 pú 中 chúm 不 pú
遠 yuèn 矣 ý. eam cáo liber ait: sicuti mater stringit, amata nudum
seu recens natum infantulum suum, atq; animitus uult complere quæ filiolus de-
sidevat (ait çem çù) et tametsi non usquequaq; assequatur filioli desideria, ta-
men non longè aberrat; norunt enim matres magistrâ naturâ absq; alio studio affe-
ctus peripere filiorum 未 uí 有 yeù 學 hiŏ 養 yàn 子 çù 而
lĥ 后 heú 嫁 kiá 者 chè 也 yè. hinc nunquam uisū est, addiscere
mulieres prius modū educandi liberos, ac deinde nubere (huiusmodi materno
affectu Rex prosequatur populum, cui tametsi non detur, Regem coram alloqui,
Rex tamen liberaliter concedat, quæ nouerit populo proficua, et necessaria.)

p.2.§.1. 一 yĕ 家 kiā 仁 giñ, 一 yĕ 國 quŏ 興 hīm 仁 giñ
unica familia si pia sit, totum regnum eriget ad pietatem. 一 yĕ 家 kiā 讓
jam, 一 yĕ 國 quŏ 興 hīm 讓 jam. una familia si ciuilitatem colat

tōu Regnū se eriget ad eandem uirtutem. 一 yĕ人 gin̂貪 tān戾 lí一 yĕ國 quĕ作 ço̤亂 luón unicus homo, qui praest, si cupidus sit turpis lucri tōu Regnū perturbabitur. 其 kî機 kî如 jû此 çù. huius rei cardo, et causa est, quam modo diximus. (quia uidelicet Rex bonus esse non potest quis, nisi prius fuerit bonus paterfamilias) 此 çù謂 guéi 一 yĕ言 yen̂僨 fuén事 sú 一 yĕ人 gin̂定 tín國 quĕ. hoc est, quod olim dicebatur: unū aliquod uerbum temerarium deseruit magna negotia; uti et unus aliquis uir probus recte gubernans stabilit Regnum.

§2. 堯 yaô舜 xún帥 sŏ天 tien̄下 hiá以 ỳ仁 gin̂. 而 lĕ民 mín̄從 çûn之 chī. hi duo pij Reges yaô, et xún rexerunt imperium pietate, et populi imitati sunt illos. 桀 Kiĕ紂 cheú帥 sŏ天 tien̄下 hiá以 ỳ暴 paó而 lĕ民 mín̄從 çûn之 chī hi duo impij Reges Kiĕ et cheú gubernarunt imperiū tyrannide, et populi item imitati sunt illorū improbitatem. 其 kî所 sŏ令 lín̂反 fán其 kî所 sŏ好 haó, 而 lĕ民 mín̄不 pú從 çûn. et si quando ea, quae Reges mandauerant, repugnabant ijs, quae ipsi amabant agere, tùm populus non obediebat: (quia populus non tam obseruat praecepta, quàm exemplum Regis) 是 xi故 cú君 kiūn子 çù有 yeù諸 chū己 kì, 而 lĕ后 heú求 kiéu諸 chū人 gin̂. ideo Rex probus habens prius uirtutem in seipso, tùm deinde exigat eandem ab alijs 無 ù諸 chū己 kì, 而 lĕ后 heú非 fi諸 chū人 gin̂. et non habens prius uitium in seipso, tùm deinde reprehendat illud in alijs. 所 sŏ藏 çâm乎 hû身 xin̄, 不 pú恕 xú, 而 lĕ能 nen̂喻 yù諸 chū人 gin̂者 chè, 未 uí之 chī有 yeù也 yè. ut Rex uirtutem recondat in sua solius persona, nec eam propagetur exterius, et tamen possit docere eam alios, nequit hoc esse.

f·10·p·1·§·1. 故 cú治 chí國 quĕ在 çaí齊 çî其 kî家 kiā. ideo recta gubernatio Regni consistit in recte instituendo propriam familiam.

§.2 詩 xi云 yún桃 táo之 chī夭 yaō夭 yaō, 其 kî葉 yĕ蓁 chin̄蓁 chin̄. carmen ait: malus persica o quàm pulchra! ô quàm bella! eius folia ô quàm florida! ô quàm amœna! (comparat ornatum sponsae alicuius cùm tali arbore) 之 chī子 çù于 yû歸 guēi宜 ŷ其 kî家 kiā人 gin̂. sicut sponsa transiens in domum sponsi, si quod conuenit praestet suis domesticis (nimirum obedientiam mariti parentibus, pacem cognatis, obseruantiam marito, beneuolentiam inferioribus, et curam, etc:) hi uicissim praestant officium suum erga ipsam. 宜 ŷ其 kî家 kiā人 gin̂, 而 lĕ后 heú可 cŏ以 ỳ教 kiáo國 quĕ人 gin̂. si Rex (ait çem̄ çù) ea, quae par est, praestet suis domesticis, exemplo suo facit, ut et ipsi uicissim singuli faciant quod conuenit; atq; ita deinde poterit docere, sanceq instituere Regni totius populum.

§.3 詩 xi云 yún宜 ŷ兄 hiūn宜 ŷ弟 tí. carmen ait: si



si quae decent fratrem natu minorem, is seruet erga maiorē, hic uicissim seruabit, quae ipsum decent erga minorem: et è contra. 宜 ŷ兄 hiūn宜 ŷ弟 tí, 而 lĕ后 heú可 cŏ以 ỳ教 kiáo國 quĕ人 gin̂. sic Rex (ait çem̄ çù) si quod debet seruet erga fratres natu maiores et minores, hi uicissim quod debent seruabunt erga ipsum, et tunc poterit etiam docere Regni totius populum, ut exemplo suo idem faciat.

§.4. 詩 xī云 yún其 kî儀 ŷ不 pú忒 tĕ, 正 chín是 xí四 sù國 quĕ. carmen ait: si suo in omnibus exemplo non defuerit, recte institutum erit uniuersum eius Regnum. (quod exponens çem̄ çù ait:) 其 kî爲 guēi父 fú子 çù兄 hiūn弟 tí足 çŏ法 fă. si ipse, scilicet Rex domi suae agens personam patris erga filios, filij erga patrem, fratris natu maioris erga minores, et minoris erga maiores, sufficiens se praebuerit exemplar. 而 lĕ后 heú民 mín̄ 法 fă之 chī也 yè. num deinde populus imitabitur.

p.2 §.1. 此 çù謂 guéi治 chí國 quĕ在 çaí齊 çî其 kî家 kiā. hoc est quod dicebatur, recte gubernare Regnum consistere in recte instituendo propriā familiam

§.2. 所 sŏ謂 guéi平 pín̄天 tien̄下 hiá, 在 çaí治 chí其 kî國 quĕ者 chè. id quod dicebatur, pacificare imperium consistere in recte gubernando proprium Regnum (iuxta çem̄ çù ideo est quia) 上 xam̀老 laŏ老 laŏ 而 lĕ民 mín̄興 hin̄ 孝 hiáo. si Rex compleat officiū suū erga parentes, tum item populus exigetur ad obedientiam erga suos. 上 xam̀長 cham̀長 cham̀, 而 lĕ民 mín̄興 hin̄ 弟 tí. si Rex compleat suum officium erga senioves, tum et populus exigetur ad subiectionem erga maiores. 上 xam̀恤 sió孤 cū而 lĕ民 mín̄不 pú倍 poí. si Rex commiseratione feratur erga pupillos, tum et populus non aget contrarium. 是 xi以 ỳ君 kiūn子 çù有 yeù絜 hiĕ矩 kiù之 chī道 tao̤ 也 yè. atq: hoc modo Rex probus habebit in se normā rationem, cui populus sese unanimiter conformet.

f·11·p·1·§·1. 所 sŏ惡 ù於 yū上 xam̀, 毋 ù以 ỳ使 sù下 hiá. quod auersaris in superioribus, ne agas cum tuis inferioribus. 所 sŏ惡 ù於 yū下 hiá, 毋 ù以 ỳ事 sú上 xam̀ et quod tibi displicet in inferioribus, ne feceris tuis superioribus. 所 sŏ惡 ù於 yū前 çiĕn毋 ù以 ỳ先 sien̄後 heú: 所 so惡 u於 yu後 heú毋 ù以 ỳ從 çûn前 çiĕn. quod abominaris in tuis antecessoribus, in eo ne praecas tuis posteris, et quod odisti in posteris, in eo ne sequaris antecessores. 所 sŏ惡 ù於 yū右 yeú毋 ù以 ỳ交 kiāo於 yū左 çŏ 所 so惡 u於 yū左 çŏ毋 ù以 ỳ交 kiāo於 yū右 yeú. quod abhorres in ijs, qui sunt à dextris, ne agas cum ijs, qui sunt a sinistris: et quod abhorres in ijs, qui sunt a sinistris, ne agas cum ijs, qui sunt a dextris. uno uerbo: quod tibi non uis, alteri ne feceris. 此 çù之 chī謂 guéi絜 hiĕ矩 kiù之 chī道 tao̤.

hicralis dicitur omnis boni norma, ac regula. seu hoc ipsum dicitur normæ ratio.

§.2. 詩xī 云yún 樂lŏ 只chī 君kiūn 子çù, 民mín 之chī 父fú 母mù. carmen ait. amabilis ac benignus Rex, populi pater ac mater est. (quod carmen çem çù sic exponit:) 民mín 之chī 所sò 好haó 好haó 之chī, 民mín 之chī 所sò 惡ú 惡ú 之chī 此çù 之chī 謂guei 民mín 之chī 父fú 母mù. populus quo gaudet gaudere, et populus quod odit odisse, hoc dicitur, esse populi parvem ac magnum.

p.2.§.1. 詩xī 云yún 節çiĕ 彼pi 南nán 山xān 維guêi 石xĕ 巖yên 巖yên. carmen ait: ô quam eminet ille australis mons; ipsius congesta saxa ô quam præcipita, et inaccessa! 赫hĕ 赫hĕ 師sū 尹in 民mín 具kiū 爾lĕ 瞻chēn. ita dignitate tuâ uerendus emines magne magister regie in; populus omnis te suspicit quidem, at non amat, utpote privatq; non communi bono consulentem. 有yeù 國guĕ 者chè 不pú 可cò 以ỳ 不pú 愼xín. habentes Regna (loquitur çem çù) non debent in hoc (nempe ut sint populo amabiles) non esse circumspecti. 辟piĕ 則çĕ 爲guêi 天tiēn 下hiá 僇lŏ 矣ỳ. si in hoc deflexerint, mox erunt imperij ruina.

§.2. 詩xī 云yún: 殷yīn 之chī 未uí 喪sám 師sū, 克kĕ 配poí 上xàm 帝. tī. carmen ait: familia yn (vel familia imperatoria xam, qua eadem est, cuius truncus fuit Rex chim tam) priusquam amitteret populum, seu populi amorem, poterat æquiparari supremo Imperatori, seu cælo. (quod significat supremum Imperatorem, pro cælo accipiunt, sed revera cælum pro cœli Domino videntur accipere, ut in lib. chum yum clarius patebit, nec nouum apud sinas continens pro contento usurpari, uti dicunt chaô tim, quæ uerba proprie significant palatium imperatorium, et tamen Imperatorem intelligunt.) 儀ỳ 監kién 于yû 殷yīn 峻siún 命mín 不pú 易ỳ. oportet nos posteros è familia chêu conijcere oculos in familiam yn, quæ, quia populi amorem neglexit, amisit imperiũ: nam altissimũ cœli mandatum, seu cœli favor, quo imperia conservantur, haud facilè conseruatur. 道tao 得tĕ 衆chúm 則çĕ 得tĕ 國guĕ; 失xĕ 衆chúm 則çĕ 失xĕ 國guĕ. uult dicere; (inquit çem çù) Rex obtento populi amore, mox obtinet et imperiũ, et amisso populi amore, mox amittit et imperium.

f.12.p.1.§.1. 是xí 故cú 君kiūn 子çù 先siēn 愼xín 乎hû 德tĕ. ideo Rex perfectus ante omnia assidue inuigilat acquirendis uirtutibus. 有yeù 德tĕ, 此çù 有yeù 人giñ. habitâ uirtute, eo ipso habebit et hominũ uoluntates. 有yeù 人giñ, 此çù 有yeù 土tù. habitis pro se hominibus, hoc ipso habebit et terras. 有yeu 土tù 此çù 有yeù 財çaî. habitis terris, hoc ipso habebit et facultates terrarum. 有yeù 財çaî, 此çù 有yeù 用yum. habitis opibus, hoc ipso habebit omnia ad Regni usum et conseruationem necessaria.

§.2.



§.2. 德tĕ 者chè 本puèn 也yè, 財çaî 者chè 末mŏ 也yè. uirtus est magis principale, diuitiæ suæ minus principale, ut folia in arbore, etc.

§.3. 外uaî 本puèn, 內núi 末mŏ 爭çem 民mín 施xī 奪tŏ. si exteriora, ut opes, Rex æstimet ut magis principale; interiora uero, seu uirtutes ut minus principale; commouebit ad rebellionem populum, uiamq; aperiet furtis ac rapinis.

§.4. 是xí 故cú 財çaî 聚çiú 則çĕ 民mín 散sán; 財çaî 散sán, 則çĕ 民mín 聚çiú. ideo opum iniqua cumulatio est cerè populi dissipatio; et è contra opum prudens elargitio est cerè populi congregatio.

§.5. 是xí 故cú 言yên 悖pŏ 而lĭ 出chŏ 者chè, 亦yĕ 悖pŏ 而lĭ 入gĕ. atq; hoc est causa cur, sicuti uerbũ temerariũ, unde egressum fuerit, etiam tale deinde iterum eódem ingrediatur (qui contra alios uerba iniuriosa profert, similia ab alijs contra se prolata audiat necesse est) 貨hó 悖pŏ 而lĭ 入gĕ 者chè, 亦yĕ 悖pŏ 而lĭ 出chŏ. sic opes per nefas ingressæ, maleq; parta, etiam per nefas deinde egrediuntur, maleq; dilabuntur.

p.2 §.1. 康cām 誥caó 曰yuĕ 惟guêi 命mín 不pú 于yû 常chām. liber cam cao ait: solũm imperium non est diuturnum; (seu deficit deficiente uirtute in Rege.) 道tao 善xén 則çĕ 得tĕ 之chī; 不pú 善xén 則çĕ 失xĕ 之chī 矣ỳ. uult dicere: (inquit çem çù) si Rex sit probus et sanctus, sanè obtinet, conseruatq; imperium; si improbus, illicò amittit.

§.2. 楚çù 書xū 曰yuĕ: 楚çù 國guĕ 無uû 以ỳ 爲guêi 寶pao, 惟guêi 善xén 以ỳ 爲guêi 寶pao. Regni çù (nunc est prouincia hû quam) liber, seu Chronica ait: çu Regnũ nil habet quod reputet pretiosũ, solam uirtutem reputat pretiosam. (ita respondit legatus Regni çù interrogatus à Regni çin gubernatore de opibus, gemmisq; Regni çù)

§.3. 舅kiéu 犯fan 曰yuĕ. 亡uam 人giñ 無uû 以ỳ 爲guêi 寶pao. 仁giñ 親çin 以ỳ 爲guêi 寶pao. kiéu fan dixit: miserus ego homo nihil duco pretiosũ, solam pietatem erga parentes facio pretiosam (ita ille ad nepotem suũ uen cum, qui Regno suo çin pulsus, ad aliud uicinum, çin dictum, fugerat, à cuius Rege oblatum sibi contra rebelles exercitũ recusauit, auunculo kiéu fan ita hortante, malens Regno carere, quàm arma capiendo frangere lucris iura, ac lædere pietatem parri defuncto debitam, quæ tunc arma capere prohibebat.)

§.4. 秦çin 誓xí 曰yuĕ: 若jŏ 有yeù 一yĕ 个có 臣chin, 斷tuon 斷tuon 兮hī. Regni çin Rex mŏcum admonens suos subditos aiebat: si haberem unum aliquem subditum recti sincerig. animi. 無uû 他tā 技kí, 其kí 心sin 休hieū 休hieū 焉yên. absq. alio talento, modò eius cor amplum ac tranquillũ, liberumue inuidiâ esset. 其kí 如jû 有yeù 容yum 焉yên ipseq. eiusmodi haberet animi capacitatem; 人giñ 之chī 有yeù 技kí, 若jŏ 已kí 有yeù 之chī ut amaret eos, qui

habent talenta, tanquam si ipsemet ea habevet; 人 gin 之 chī 彥 yen 聖
xin 其 kī 心 sin 好 hao 之 chī. ut uiris sapientibus, ac perspicacibus
ipse animitus delectaretur. 不 pu 啻 chī 若 jo 自 çu 其 kī 口
keu 出 cho 寔 xe 能 nen 容 yum 之 chī. eosq; non tantū uerbo-
tenus, seu quasi suo met solu ove proponendo, sed uevè et ex covde admittevet.
以 y 能 nen 保 pao 我 ngo 子 çu 孫 sun 黎 li 民 min
huiusmodi posset feliciter tuevi meos filios, nepotes, populumq; uniuersum. 尚
xam 亦 ye 有 yeu 利 li 哉 çai! ô quanto insuperidipsū foret Regni
emolumento! 人 gin 之 chī 有 yeu 技 ki 娟 mao 嫉 çie 以 y 惡
u 之 chī. è contra si haberem unum aliquem subditū, seu Consiliarium, qui uiris
bene dotatis inuideret, et quia tales odisset. 人 gin 之 chī 彥 yen 聖 xin, 而
lh 違 guei 之 chī 俾 pi 不 pu 通 tum. uiros item sapientiâ, uirtuteq;
præcellentes excluderet ac impediret, nihil non faciens, ut non emergant. 寔 xe
不 pu 能 nen 容 yum. et reuera eos non posset pati, seu admittere. 以
y 不 pu 能 nen 保 pao 我 ngo 子 çu 孫 sun 黎 li 民 min consequē-
tur hic talis non posset tuevi meos filios, posteros, ac populum. 亦 ye 曰 yue,
殆 tai 哉 çai imò dico, ô quantum inde toti Regno discrimen!

f.13. p.1 §.1. 唯 guei 仁 gin 人 gin 放 fam 流 lieu 之 chī 迸 pim 諸
chī 四 sy 夷 y 不 pu 與 yu 同 tum 中 chum 國 que. solum pius
Rex populiq; amans, ubi eiusmodi nequam consiliarium deprehenderit, eum proscribit ac
ejicit longius ad omnes quatuor barbarorum plagas, non permittens eum cohabitare veli
quis in Sinarum Regno (barbaros uocabant Sinæ eos, qui non erant de Regno chum que,
idest, Regno medio, quæ nunc est Prouincia hô nan; reliquarum Prouinciarū populos uoca-
bant Barbaros, et quidem rumy orientales, sijun occidentales, nan man australes, pe tie
boreales barbaros nominabant.) 此 çu 謂 guei 唯 guei 仁 gin 人 gin 爲 guei 能
